Annus XV - Vol. XV 5 Martii 1923 Num. 3

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

SUMMARIUM

Acta Pii PP. XI: Litterae Autographae, p. 97; Constitutio Apostolica, p. 99; Litterae Apostolicae, p. 103; Epistolae, p. 108.

Acta SS. Congregationum: *S. C. Consistorialis:* I. Notificatio, p. 112. II. Provisio Ecclesiarum, p. 114. II. Nominationes, p. 115. - *S. C. Concilii:* Dioecesis *T.* Stalli choralis, p. 115. - *S. C. de Religiosis:* Approbationes, p. 122. - *S. C. de Propaganda Fide:* Decretum de finibus Praefecturae Apostolicae de Matadi, p. 122. - *S. C. Rituum:* Dubium de Evangelio in fine Missae coram Semo Sacramento, p. 123.

Acta Tribunalium: *S. R. Rota:* Tranen. Incidentalis, p. 124.

Acta Officiorum: *Pontificia Commissio ad Codicis canones authentice interpretandos:* Dubium, p. 128.

Diarium Romanae Curiae: Udienza. - S. C. dei Riti: Congregazione Ordinaria. - Segreteria di Stato: Nomine, onorificenze. - Maggiordomato: Nomine. - Necrologio, p. 129-136.

ROMAE

TYPIS POLYGLOTTIS VATICANIS

MCMXXIII

Directio: Palazzo della Cancelleria — Roma.
Administratio: Tipografia Poliglotta Vaticana. — Roma.

Pretium annuae subnotationis.
Pro Italia, Lib. 12. — Extra Italiam, *Frs.* 15.
Unius fasciculi, Lib. 2 —

« *Bis fere in mense* (Commentarium) *prodibit ac quotiescumque vel necessitas vel utilitas id postulare videbitur* » (Ex *Commentarii Officialis* ratione die 29 octobris 1908 edita).

INDEX HUIUS FASCICULI

(An. XV, n. 3 - 5 Martii 1923)

ACTA PII PP. XI

Litterae Autographae

PAG.

I. *Quando alla vigilia.* - Ad Emum P. D. Basilium, episcopum Veliternum, S. R. E. card. Pompilj, vice sacra in Urbe antistitem, cui mandat ut publicas preces indicat ad avertenda praesentia discrimina. - *31 ianuarii 1923* 97

II. *La ricorrenza.* - Ad Emum P. D. Petrum tit. Sancti Laurentii in Lucina S. R. E. card. Gasparri, a Secretis Status: vigesimum quintum annum ab inito Episcopatu gratulatur. - *5 martii 1923* 98

Constitutio Apostolica

Ad munus. - Venezuelana. Dismembrationis et erectionis dioecesium Corensis, Cumanensis, Valentinae et Sancti Christophori - *12 octobris 1923* 99

Litterae Apostolicae

Explorata res est. - Conceduntur indulgentiae, facultates et privilegia sociis, zelatoribus et moderatoribus piae sodalitatis Nostrae Dominae a Bona morte. - *2 februarii 1923* 103

Epistolae

I. *Communes accepimus.* - Ad RR. PP. DD. Michaëlem Kelly, archiepiscopum Sydneyensem, ceterosque Australasiae Archiepiscopos et Episcopos, obsequiosis respondens litteris ex communi conventu datis. - *12 februarii 1923* 108

II. *Seminarium Patavinum.* - Ad R. D. Iosephum Perin, antistitem urbanum: gratulatur lexicon Forcellinianum eius opera Onomastico sapienter auctum. - *14 februarii 1923* 109

III. *Hoc est.* - Ad R. P. Iosephum Maubon, vicarium generalem Augustinianorum ab Assumptione: de quinquagesima gallica peregrinatione ad Loca Sancta Palaestinae - *16 februarii 1923* 110

ACTA SS. CONGREGATIONUM

S. CONGREGATIO CONSISTORIALIS

I. Communicatio de commigrantibus ex Italia tessera ecclesiastica muniendis. - *26 ianuarii 1923* 112

PAG.

II. Provisio Ecclesiarum 114

III. Nominationes 115

S. CONGREGATIO CONCILII

Dioecesis T. - Stalli coralis. - *8 iulii 1922* . 115

S. CONGREGATIO DE RELIGIOSIS

Approbationes 122

S. CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

Decretum. - Praefiniuntur limites inter Vicariatum Apostolicum Leopoldopolitanum et Praefecturam Apostolicam de Matadi. *22 februarii 1923* 122

S. CONGREGATIO RITUUM

Dubium de Evangelio in fine Missae quae celebratur coram Ssmo Sacramento solemniter exposito. - *26 ianuarii 1923* . . . 123

ACTA TRIBUNALIUM

SACRA ROMANA ROTA

Tranen. Conventionis, sive quaestionis incidentalis de competentia S. R. Rotae. - *30 ianuarii 1923* 124

ACTA OFFICIORUM

PONTIFICIA COMMISSIO AD CODICIS CANONES AUTHENTICE INTERPRETANDOS

Dubium solutum in plenario coetu diei 26 novembris 1922 128

DIARIUM ROMANAE CURIAE

I. Udienza diplomatica 129

II. S. Congregazione dei Riti: *Congregazione Ordinaria* 129

III. Segreteria di Stato: *Nomine, onorificenze* 130

IV. Maggiordomato di Sua Santità: *Nomine* . 134

V. Necrologio 136

Annus XV - Vol. XV 5 Martii 1923 Num. 3

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. XI

LITTERAE AUTOGRAPHAE

I

AD EMUM P. D. BASILIUM EPISCOPUM VELITERNUM S. R. E. CARD. POMPILJ, VICE SACRA IN URBE ANTISTITEM, CUI MANDAT UT PUBLICAS PRECES INDICAT AD AVERTENDA PRAESENTIA DISCRIMINA.

Signor Cardinale,

Quando alla vigilia della lieta solennità del Santo Natale, quasi eco all'angelico messaggio della pace, promessa agli uomini di buona volontà, Noi portammo alla società tutta la raccomandazione paterna e l'affettuoso augurio della *pace di Cristo nel regno di Cristo*, non potemmo non manifestare insieme i sensi della mestizia e della trepidazione che Ci ispiravano il dolore dei mali presenti ed il timore di quelli futuri, gli uni e gli altri funesta eredità della guerra. Ma eravamo ben lungi dall'antivedere che a così breve intervallo le Nostre parole dovessero avere una tanto dolorosa conferma.

Ella, Signor Cardinale, sente certamente con Noi tutta la tristezza e la gravità dell'ora presente. Lungi da Noi il pensiero di entrare nel merito delle molteplici questioni che agitano i popoli; ma non possiamo non vedere con profonda angoscia riaffacciarsi lo spettro pauroso di nuove conflagrazioni coi loro prodromi di danni e di dolori per individui e famiglie, città e provincie. Che se questo triste spettacolo tiene tutti gli animi in viva ansietà, molto più ciò è vero di Noi che ci sentiamo Padre egualmente di tutti per quella paternità spirituale che è propria del Nostro Apostolico ministero.

Quindi è che, mancando di umani mezzi per allontanare tanto cumulo di mali, ripetiamo l'invocazione supplichevole: *Deus noster, cum ignoremus quid agere debeamus, hoc solum habemus residui ut oculos nostros dirigamus ad Te* (II, *Par.*, XX, 12). E affidiamo a Lei, Signor Cardinale, il mandato di invitare i fedeli della Nostra Città di Roma ad unirsi a Noi nella preghiera

per ottenere che il Signore, *auctor pacis et amator*, salvi la travagliata umanità da nuovi flagelli e riconduca popoli e governi a quei sensi di fraternità e di amore, di giustizia e di equità che loro ispirino amichevoli intese.

A Lei, Signor Cardinale, al Clero ed al popolo alle sue cure affidati, impartiamo di cuore l'Apostolica Benedizione.

Dal Vaticano, 31 gennaio 1923.

PIUS PP. XI

II

AD EMUM P. D. PETRUM TIT. SANCTI LAURENTII IN LUCINA S. R. E. CARD. GASPARRI, A SECRETIS STATUS: VIGESIMUM QUINTUM ANNUM AB INITO EPISCOPATU GRATULATUR.

Signor Cardinale,

La ricorrenza del suo giubileo episcopale non giunge a Lei soltanto cara per le dolci emozioni ed i soavi ricordi che essa suscita nel suo spirito, ma è altresì ben grata a Noi che, nell'associarCi alla sua letizia, abbiamo una nuova occasione per manifestarle la Nostra speciale benevolenza.

Invero, i molti meriti che Ella seppe acquistarsi nel lungo e fedele servizio prestato alla Chiesa, con l'alta intelligenza e con l'operoso suo zelo, Ci inducono a darle pubblica testimonianza di questi Nostri sentimenti, tanto più che essa diviene espressione di personale riconoscenza, se consideriamo il valido aiuto che, omai da oltre un anno, Ella Ci è venuta prestando nel governo della Chiesa e nel condividerne, a Noi dappresso, le quotidiane sollecitudini. Questa intima consuetudine Ci ha procurato la diuturna esperienza di un'armonia di vedute, la quale, mentre è a Noi di grande conforto, facilita a Lei la fedele interpretazione del Nostro pensiero.

È naturale, quindi, che, nell'unire i Nostri ringraziamenti a Dio per tanti doni, in pari tempo Lo preghiamo fervidamente affinchè Ci conceda di valerCi a lungo della sua preziosa cooperazione, massime in questo incalzare degli avvenimenti.

Volendo, inoltre, attestarle anche con un tenue dono la Nostra affezione, siamo lieti di farle tenere un oggetto a Noi particolarmente caro, perchè ricordo del Nostro giubileo sacerdotale.

Sia poi auspicio dei più abbondanti e più desiderati favori celesti la Benedizione Apostolica che Le impartiamo con grande affetto.

Dal Vaticano, 5 marzo 1923.

PIUS PP. XI

CONSTITUTIO APOSTOLICA

VENEZUELANA

DISMEMBRATIONIS ET ERECTIONIS DIOECESIUM CORENSIS, CUMANENSIS, VALENTINAE ET SANCTI CHRISTOPHORI.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Ad munus ab Unigenito Dei Filio Nobis traditum pertinere dignoscimus dioeceses per orbem erigere et dividere, prout dominici gregis utilitatem poscere aut, inspecta temporum et circumstantiarum ratione, ad christifidelium bonum assequendum necessarium esse iudicamus.

Quum ea sit amplitudo dioecesium Caracensis, de Barquisimeto, de Guayana et Emeritensis et ea fidelium ibidem incolentium multitudo, ut Pastor qui uniuscuiuslibet earum curae constituitur, praesens ac par esse necessitatibus singularum non possit; hinc a diuturno iam tempore poscebatur ut tam amplae circumscriptiones dividerentur, novaeque aliae dioeceses erigerentur.

Nuperrime vero venerabiles fratres Antistites harum dioecesium et civilis auctoritas, una cum Apostolico Nuntio penes Rempublicam Venezuelanam amice convenientes, preces Nobis obtulerunt, datis etiam et indicatis quibusdam normis, ut optata divisio tandem perficeretur.

Porro Nos, quibus nihil antiquius est, quam aeternam christifidelium salutem ubique terrarum omnibus viribus promovere, hisce precibus benigne annuendum esse censuimus.

Quamobrem, suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit, vel sua interesse praesumant, consensu, de Apostolicae potestatis plenitudine ad dictarum novarum dioecesium erectionem devenire statuimus in eum, qui sequitur, modum.

Imprimis a dioecesi de Barquisimeto partem territorii, quae complectitur hodiernum statum civilem de *Falcón*, distrahimus et in novam dioecesim, Corensem nuncupandam, erigimus atque erectam declaramus, eidemque attribuentes sexdecim sequentes parochias: *Santa Ana de Coro, San Antonio de Coro, la Vela, Cumarebo, Pedregal, Pueblo nuevo de Paraguaná, Santa Ana de Paraguaná, Capatarida, Casigua, Tucacas, San Juan, Davacuro, Churuguara, San Luis, Cabure, Piedra grande* seu *Agua larga.*

Huius autem dioecesis sedem et cathedram episcopalem constituimus in oppido *Coro*, a quo dioecesis nomen assumit, et ubi iam exstabat prima Venezuelana episcopalis sedes; illud proinde iterum ad civitatis episcopalis fastigium evehimus et ecclesiam Sanctae Annae ad cathedralis honorem rursus extollimus.

Deinde sequentes parochias: *Santa Ines de Cumaná*, *Altagracia de Cumaná*, *Cumanacoa*, *Cariaco*, *San José de Campano*, *El Pilar*, *Tumapui*, *Rio Caribe*, *Jaguaraparo*, *Irapa*, *Güiria*, *La Asunción*, *San Juan Bautista*, *Santa Ana del Norte*, *Juan Griego*, *San José de Paraguachi*, *Porlamar*, *Pampatar*, quae inter status civiles *de Sucre* et *de Nueva Esparta* continentur, a dioecesi de Guayana seiungimus et in novam dioecesim Cumanensem, a civitate principe ita appellandam, in perpetuum erigimus; item sedem et cathedram episcopalem in eadem civitate *Cumaná* constituimus, quam idcirco ad civitatis episcopalis dignitatem attollimus et ecclesiam, Sanctae Agneti sacram, in cathedralem, ad tempus, designamus, donec scilicet in aliam ecclesiam, cuius aedificatio iam incepta est, transferatur.

Similiter ex parte territorii ab archidioecesi Caracensi avulsa et sequentes viginti sex parochias continente: *Nuestra Señora del Socorro*, *Candelaria*, *San Blas*, *San José*, *Tocuyito*, *Naguanagua*, *San Diego*, *Hüigüe*, *Los Guayos*, *Guacara*. *San Juaquim*, *Belen*, *San José de Puerto Cabello*, *La Caridad*, *Democracia*, *Borburata*, *Patameno*, *Goaiguaza*, *Urama*, *Miranda*, *Montalban*, *Bejuma*, *Canoabo*, quae intra statum civilem de *Carabobo* reperiuntur et *Nirgua*, *Salam*, *Temerla*, quae ad statum civilem de *Jaracuy* spectant, novam dioecesim condimus, Valentinam in Venezuela dicendam a civitate Valentia, in qua sedem cathedramque episcopalem item statuimus, ecclesiamque matricem, Beatae Virgini a perpetuo succursu dicatam, in cathedralem evehimus.

Demum a dioecesi Emeritensi separamus duas supra viginti parochias, nimirum: *Matriz de San Cristobal*, *San Juan Bautista de San Cristobal*, *Tariba*, *Palmira*, *Borotá*, *Lobatera*, *Michelena*, *San Pedro del Rio*, *Colón*, *Urena*, *San Antonio*, *Santa Ana*, *Rubio*, *Libertad* (*Capacho viejo*), *Independencia* (*Capacho nuevo*), *Guasdalito* seu *Periquera*, *Seboruco*, *El Cobre*, *Queniquea*, *Pregonero* et duas parochias nuncupatas *La Grita*, quae partim intra fines status civilis de *Tachira* et partim intra districtum civilem de *Paez*, ad statum civilem de *Apure* pertinentem, inveniuntur; atque ex his parochiis novam constituimus dioecesim, Sancti Christophori ab oppido huius nominis appellandam, cuius sedem et cathedram in eadem Sancti Christophori civitate constituimus et ecclesiam Sancto Sebastiano Martyri sacram titulo et honore cathedralis condecoramus.

Unaquaeque dioecesis, Corensis, Cumana, Valentina in Venezuela et

Sancti Christophori, ita erecta, iisdem finibus quaquaversus circumscripta maneat, quibus usque adhuc memoratae avulsae parochiae in respectivis antiquis dioecesibus potiebantur tam ex parte harum veterum dioecesium, quam ex parte aliarum vicinarum dioecesium.

Hisce insuper Ecclesiis cathedralibus neo-erectis earumque pro tempore Episcopis tribuimus honores, insignia, favores, iura ac privilegia, quibus aliae cathedrales Ecclesiae atque earum Antistites in America Latina iure communi vel legitima consuetudine pollent ac fruuntur, parochiali tamen animarum cura in his cathedralibus, uti antea, servata.

Quas cathedrales Ecclesias suffraganeas efficimus metropolitanae ecclesiae Caracensi, illarumque pro tempore Episcopos iuri metropolitico eiusdem Caracensis Archiepiscopi subiicimus, reservata tamen Nobis et Apostolicae Sedi facultate libere novam decernendi istius provinciae ecclesiasticae et istarum dioecesium dismembrationem, quoties opportunum in Domino visum fuerit.

Cum autem ob temporum adiuncta in unaquaque cathedrali canonicorum Capitulum institui modo nequeat, iubemus ut loco canonicorum, dioecesani Consultores, iuxta canonem 423 et sequentes novi Codicis iuris canonici, eligantur.

Statuimus insuper ut, quamprimum fieri poterit, saltem parvum Seminarium dioecesanum iuxta dispositiones eiusdem Codicis et regulas a Sacra Congregatione de Seminariis praescriptas ab unaquaque dioecesi erigatur, in quo sacrorum alumni institui atque excoli possint; interea vero ii qui sacerdotium appetunt mittantur ad alia proximiora Seminaria, potissimum ad maius Seminarium Caracense.

Quod autem attinet ad harum dioecesium administrationem et regimen, ad Vicarii Capitularis, seu Administratoris, sede vacante, electionem, ad ipsorum clericorum et fidelium iura et onera aliaque huiusmodi, servanda iubemus quae sacri canones decernunt servari.

Quod vero ad clerum spectat, statuimus ut simul ac memoratarum dioecesium erectio facta sit, eo ipso presbyteri illi Ecclesiae adscripti censeantur, in cuius territorio legitime exstant, vel animarum cura, vel aliquo ecclesiastico officio detenti sunt; episcopalem autem mensam, praeter dotem a Gubernio civili statutam, constituent Curiae episcopalis emolumenta et ceterae oblationes, quae a fidelibus, in quorum bonum dioeceses erectae sunt, praeberi solent.

Volumus insuper ut uniuscuiusque dioecesis sumptibus, duo delecti iuvenes bonae spei, aut unus saltem in praesens, ad Pontificium Collegium Pium Latinum Americanum de Urbe, non intermissa vice, mittantur, ut ibi, fere sub oculis ipsius Romani Pontificis, ecclesiasticis disciplinis incumbant.

Mandamus demum ut omnia documenta et acta, has novas dioeceses respicientia, quam primum fieri poterit, a cancellaria cuiusque veteris dioecesis tradantur respective cuique cancellariae novarum dioecesium, ut in archivo custodiantur.

Quae autem hisce Litteris, Apostolica auctoritate, a Nobis decreta sunt, nulli hominum, ullo unquam tempore, infringere, aut iis repugnare, vel quomodolibet contraire liceat. Si quis, quod Deus avertat, hoc attentare praesumpserit, sciat obnoxium se evasurum esse poenis a sacris canonibus contra obsistentes exercitio ecclesiasticae iurisdictionis statutis.

Ad haec autem omnia fideliter exsecutioni mandanda deputamus venerabilem fratrem Philippum Cortesi, Archiepiscopum Siracensem et in Republica Venezuelana Apostolicum Nuntium, eidem conferentes necessarias et opportunas facultates, etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, cum onere ad Sacram Congregationem Consistorialem mittendi infra sex menses, ab hisce Litteris datis computandos, authenticum exemplar exsecutionis peractae.

Decernimus denique has praesentes Litteras valituras, contrariis quibuslibet, etiam peculiari et expressa mentione dignis, minime obstantibus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo vigesimo secundo, die decima secunda mensis octobris, Pontificatus Nostri anno primo.

✠ C. Card. DE LAI, Episc. Sabinen.
S. Congreg. Consistorialis Secretarius.

O. Card. CAGIANO.
S. R. E. Cancellarius.

Iulius Campori, *Protonotarius Apostolicus.*
Raphaël Virili, *Protonotarius Apostolicus.*

Loco ✠ plumbi

Reg. in Canc. Ap., vol. XXVI, n. 23.

LITTERAE APOSTOLICAE

CONCEDUNTUR IN PERPETUUM INDULGENTIAE PARTIALES AC PLENARIAE SOCIIS SODALITATIS NOSTRAE DOMINAE A BONA MORTE QUAMDAM PRECULAM RECITANTIBUS, ITEMQUE INDULGENTIAE PLENARIAE AC PARTIALES ZELATORIBUS ET ZELATRICIBUS LAICIS, ET SIVE SACERDOTIBUS ZELATORIBUS SIVE MODERATORIBUS SODALITATIS INDULGENTIAE, FACULTATES ET PRIVILEGIA.

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. — Explorata res est, Presbyteros a Sancta Maria, vulgo *de Tinchebray*, sodalitatem Nostrae Dominae a Bona Morte condidisse, ea sibi causa proposita – quam proximi duo decessores Nostri tamquam peculiarem ipsorum ac propriam agnoverunt ac probarunt – ut per eandem, cui praesunt, sodalitatem aeternae morientium saluti efficaciter prospicerent. Constat item, eiusmodi *apostolatum*, ut vocant, *bonae mortis*, quo quidem nullus his temporibus salubrior ac fructuosior appareat, ab ipsis Presbyteris esse mirifice provectum, propagata celeriter lateque per orbem ea, quam nominavimus, sodalitate; factumque inde esse, ut, Virgine Perdolente, augusta eius Patrona, deprecatrice, plurimi numero christifideles in christianae vitae instituto perseveraverint, aliique bene multi et se ad bonam frugem receperint et sancte in Domino obierint. Cuius in amplificatione operis cum praecipuum quoddam cernere liceat amantissimi Dei consilium, qui *vult omnes homines salvos fieri*, tum laetari Nosmet ipsi iure optimo debemus, qui ex hoc summi Pontificatus fastigio non aliud demum quaerimus nisi animarum, quas suo Christus redemit sanguine, salutem sempiternam. Itaque volumus non modo ut Presbyteri a Sancta Maria mandatum sibi officium, tamquam proprium, impense persequantur, sed etiam ut sacerdotes et laici, qui, *zelatores* nomine, sodalitatis negotium prae ceteris agunt, eosdem Presbyteros, ut laboris consortes et socii, summa contentione adiuvent, adhibitis omne genus industriis et precibus ad gratiam sancte moriendi quam plurimis a Deo impetrandam. Quod profecto si fecerint, rem utique facturi sunt cum congruentem christianis officiis, tum christiana caritate summopere dignam. Etenim nonne Deus *mandavit unicuique de proximo suo*?[1] Zelatores igitur, quos diximus, in animis ad Deum, praesertim in extremo vitae discri-

[1] *Eccli.*, XVII, 12.

mine, revocandis desudent oportet, si quid in se habent caritatis; neque enim illud Augustini oblivisci queant: *Qui non zelat, non amat.*[1] Et sane ex triplici ipsa percontatione, qua Dominus Noster Jesus Christus Petrum interrogavit, aperte colligitur, caritatem erga Deum esse e studiosa animorum cura dimetiendam. Quodsi Unigenitus Dei in hunc mundum venit, ut homines *vitam habeant et abundantius habeant,*[2] annon qui eos diligit ut Christus dilexit, omnia experiri debet ut ipsos aeternae beatitatis compotes faciat? Hoc praeterea ab unoquoque fidelium ipsa sui caritas postulat. Legimus enim: *Qui converti fecerit peccatorem ab errore viae suae, salvabit animam eius a morte et operiet multitudinem peccatorum;*[3] et: *Qui ad iustitiam erudiunt multos, fulgebunt quasi stellae in perpetuas aeternitates.*[4] Habet quidem catholica Ecclesia, omnium mater fecunda virtutum, magnam apostolatus, quem vocant, varietatem; alii enim alio spectant, sed ita tamen, ut ad animarum utilitatem omnes demum intendant. Verum, uti supra attigimus, nulli apostolatus inter fideles exercendi rationi ea cedere ratio videatur quam sodales, atque in primis zelatores, Dominae Nostrae a Bona Morte assidue acriterque persequuntur. Cum enim Iesus Christus illud homines iterum iterumque monuerit: *Vigilate... estote parati,*[5] idcirco, quia nimis multi ambulant *in spatiosa via quae ducit ad perditionem,*[6] haec profecto sodalitas Christi causam agit eiusque mentem sequitur, cum efficit, ut iusti in Dei gratia ad extremum perseverent, peccatores Deo reconcilientur et omnes, per exercitationes pietatis in Virginem Perdolentem titulo a Bona Morte, ad sanctum se parent obitum. Huc accedit quod de re agatur unde *pendet aeternitas* quaeque ad universos pertinet; apostolatus vero hic, quem bonae mortis nuncupant, ut patet omnibus, nullo condicionis et status delectu, atque ad omnia alia apostolatus genera facile, immo etiam utiliter, accommodatur, ita fructus nisi uberrimos ferre non potest, quippe qui Virgine Perdolente patrona ac deprecatrice exerceatur; neque enim is mortem oppetat sempiternam, cui Beatissima Virgo, praesertim in discrimine ultimo, adfuerit. Quae Doctorum Ecclesiae sententia, christiani populi sensui congruens perpetuoque comprobata experimento, eâ potissimum causâ innititur, quod Virgo Perdolens redemptionis opus cum Iesu Christo participavit, et, constituta hominum Mater, eos, sibi veluti testamento divinae caritatis commendatos, amplexa sit

[1] *Contra Adimant.*, cap. XIII.
[2] Ioann., X, 10.
[3] Iac., V, 20.
[4] Dan., XII, 3.
[5] Matth., XXIV, 42.
[6] Id., VII, 13.

filios amantissimeque tueatur. Qua in re diutius commorari non attinet, quandoquidem fel. rec. decessor Noster Benedictus XV, Litteris Apostolicis *Inter sodalicia* die XXII mensis martii anni MCMXVIII datis, aptissimis eam verbis explanavit. Itaque malumus dilectos filios, quotquot e sodalitate sunt, ac zelatores praecipue, hortari, ut studium suae et alienae salutis vehementer acuant. Acuant sacerdotes, ut saluberrimam mortis cogitationem in fidelium memoriam continenter redigant; acuant virgines Deo consecratae, eae praesertim quae aegris et morientibus, instituto suo, adsunt, ut hos ad pretiosam in conspectu Domini mortem suaviter praeparent; acuant ludimagistri ex utroque sexu, ut discipulis suis persuadeant, nullum unicuique gravius esse, quam salutis aeternae, negotium; acuant parentes, ut sempiternam filiorum beatitatem in tuto collocent; acuant denique sodales omnes, iique praesertim, qui, carorum suorum errores dissolutioremque vitam cum doleant ac defleant, iisdem extremi iudicii poenas metuunt. In hoc autem potissimum, cum sodalium, tum praecipue zelatorum studiosam voluntatem desideramus advocatam, ut exitialem quoquo pacto profligent errorem, ex quo fit, ut, cum animae detrimento, sancto oleo non ante liniantur infirmi quam, morte imminente, sensus paene vel omnino amiserunt. Neque enim, ut sacramentum valide liciteque detur, necesse est ut mors proxime secutura timeatur, sed satis est ut prudens seu probabile adsit de periculo iudicium; quodsi in ea rerum condicione conferri debet, in hac conferri utique potest, et qui illud curet ministrandum, is Ecclesiae Matris non modo doctrinam sequitur, sed optata pie ac salubriter perficit. Ceterum, ut sodales Christum in se ad vivum exprimant, qui *venit quaerere et salvum facere quod perierat,*[1] et *non ... vocare iustos, sed peccatores,*[2] atque ex ipso Crucis ligno sitire se, nempe animas, clamavit, ad ea vitam suam dirigant oportet, quae S. Albertus Magnus in libro suo *De Paradiso animae* habet:[3] *Zelus animarum verus et perfectus est, quando aliquis sanctis meditationibus, ferventibus desideriis, orationibus, praedicationibus, consiliis atque aliis bonis operibus pro salute animarum laborat.* Quodsi studiosa eorum opera aliquando bono careat exitu, animum ne demittant, immo etiam hac ipsa iactura ad maiora excitentur; divina enim praemia non pro eventu rei, sed pro voluntate tribuuntur. In quo illud meminerint: *Si... annunciaveris impio, et ille non fuerit conversus ab impietate sua, et a via sua impia, ipse quidem in iniquitate sua morietur: tu autem animam tuam liberasti.*[4] Noverint igitur sodales omnes,

[1] Luc., XIX, 10.
[2] Matth., IX, 13.
[3] Pars I, *De virtut.*, 27.
[4] Ezech., III, 19.

nihil Nobis antiquius se esse facturos, quam si sodalitas per eos maiora in dies incrementa capiat et novorum accessio sodalium continuo fiat. Quamobrem ut iis, in primisque zelatoribus, stimulos adiiciamus, et votis concedamus cum dilecti filii Nostri Cardinalis eiusdem sodalitatis protectoris, tum summi Presbyterorum a S. Maria Moderatoris eiusque Consilii, occasionem nancti centesimi anni post natum Carolum Duguey, illius Congregationis conditorem patremque legiferum, qui inter christifideles pietatem erga Virginem Perdolentem, peculiari titulo Nostrae Dominae a Bona Morte, diuturno labore provexit, pleniore eos indulgentiarum et privilegiorum copia locupletare decrevimus. Itaque, de omnipotentis Dei misericordia et Beatorum Petri et Pauli Apostolorum Eius auctoritate confisi, audito dilecto filio Nostro Cardinali Paenitentiario Maiore, revocatis indulgentiis et privilegiis ab Apostolica Sede zelatoribus, qua talibus, ad hunc diem concessis, omnibus ac singulis fidelibus Sodalitati Nostrae Dominae a Bona Morte tam adscriptis quam in posterum adscribendis, qui preculam, quam *Praeparationem ad mortem* vocant, ad exemplar Litteris hisce Nostris subiectum et in tabulario Cancellariae Brevium Apostolicorum asservandum, quovis idiomate, dummodo versio sit fidelis, recitaverint, indulgentiam septem annorum totidemque quadragenarum semel in die lucrandam, plenariam vero semel in mense, si eandem preculam cotidie recitaverint, usitatis condicionibus acquirendam, concedimus. Deinde zelatoribus et zelatricibus, ut vocant, laicis, damus ut lucrentur quingentorum dierum indulgentiam quotiescumque novum sodalem societati inscribendum curaverint; quinque annorum, quoties aegrum aliquem inviserint atque hortati erunt ut, tempore opportuno, et sacro viatico et extrema unctione reficiatur; septem annorum totidemque quadragenarum, quoties alicui morienti adstiterint eidemque persuaserint ut vitae iacturam christiane faciat; plenariam, semel in hebdomada, usitatis condicionibus. Denique concedimus Moderatori sodalitatis, ei qui eius vices gerit, et sacerdotibus zelatoribus, praeter indulgentias zelatoribus et zelatricibus laicis superius concessas: 1) indulgentiam septem annorum totidemque quadragenarum quotiescumque praeerunt sodalibus in coetum coeuntibus vel sodalitatem fidelibus contione aliqua commendabunt; plenariam vero, tam sibi quam sodali aegroto lucrandam, ad quem sacram Communionem detulerint, ea tamen lege, ut *Pater*, *Ave* et *Gloria* ter recitent cum eodem sodali, ut huic gratiam a Deo impetrent, cum in gratia perseverandi, tum non ante moriendi quam Ecclesiae sacramenta tempore opportuno receperit; 2) facultatem, dummodo sint ad excipiendas sacramentales Confessiones approbati, benedicendi unico crucis signo, extra Urbem, et de consensu Ordinarii loci in quo facultas exercebitur, modo opportunitas adsit eiusmodi consensus

impetrandi, privatim semper, publice vero tantummodo tempore exercitiorum spiritualium et sacrarum missionum, in quibus contiones habebunt, coronas, rosaria, cruces, crucifixos, parvas statuas ac sacra nomismata, eisque applicandi indulgentias, quae in commentario officiali seu *Actis Apostolicae Sedis* sub die 17 mensis februarii anni 1922 descriptae habentur; itemque unico crucis signo, privatim ac publice, quovis tempore et loco, tum adnectendi coronis precatoriis indulgentias a S. Birgitta nuncupatas, tum benedicendi Crucifixos iisque applicandi indulgentiam plenariam a quovis fideli in articulo mortis constituto, toties quoties, usitatis condicionibus lucrandam, tum benedicendi coronas iisque applicandi indulgentias, quae a Patribus Crucigeris vulgo nuncupantur; 3) potestatem impertiendi, quoties spiritualia exercitia et sacrae missiones ab iis habebuntur, cum Crucifixo et unico Crucis signo, in postrema sua contione, papalem benedictionem cum indulgentia plenaria, ab omnibus christifidelibus lucranda, qui, paenitentia expiati ac sacra synaxi refecti, postremae eidem contioni adfuerint, quinque saltem contiones, de licentia eiusdem Ordinarii ab iisdem sacerdotibus habitas, audierint et ad mentem Nostram pie oraverint; 4) facultatem impertiendi fidelibus in articulo mortis constitutis indulgentiam plenariam; 5) indultum personale altaris privilegiati quater in hebdomada, modo idem indultum pro alio die non impetraverint. – Haec largimur, decernentes, has Litteras firmas, validas et efficaces semper exstare et permanere, suosque integros effectus sortiri atque obtinere, et illis, ad quos spectant vel spectare poterunt, in omnibus plenissime suffragari, sicque in praemissis definiri ac iudicari debere, atque irritum et inane fore si quicquam secus super his a quoquam, quavis auctoritate, scienter aut ignoranter attentari contigerit. Praesentibus in perpetuum valituris, contrariis non obstantibus quibuslibet.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die II mensis februarii anno MCMXXIII, Pontificatus Nostri primo.

P. CARD. GASPARRI, *a Secretis Status.*

PRAEPARATIO AD MORTEM

Reminiscamur ultimum finem nostrum. Quovis temporis momento possum mori et in aeternitatem meam ingredi. In morte secundum opera mea iudicabor. Si in statu peccati gravis moriar, ero in perpetuum miser cum daemonibus et reprobatis in inferno. Si in statu gratiae moriar, ero in perpetuum beatus cum angelis et sanctis in caelo. Mi Deus, da mihi gratiam vivendi et moriendi in sancto amore tuo quin te unquam offendam.

EPISTOLAE

I

AD RR. PP. DD. MICHAËLEM, KELLY ARCHIEPISCOPUM SYDNEYENSEM, CETEROSQUE AUSTRALASIAE ARCHIEPISCOPOS ET EPISCOPOS: OBSEQUIOSIS RESPONDENS LITTERIS EX COMMUNI CONVENTU DATIS.

Venerabiles fratres, salutem et apostolicam benedictionem. — Communes accepimus libenterque perlegimus litteras, quas, tertio ante mense, cum in coetum convenissetis, praeside venerabili fratre Bartholomaeo, Archiepiscopo tit. Palmyrensi et Delegato apud vos Nostro, ad Nos dare officii vestri duxistis. Quod enim Nobis initum Pontificatum gratulabamini, etsi plus habemus, in apostolico munere obeundo, quod angamur, quam quod laetemur, gravissimumque onus, unice ut divinae obsequeremur voluntati, suscepimus, placuit tamen in eo suavissimam pietatis erga Nos vestrae significationem agnoscere ac probare. Sed in iis litteris aliud erat, unde plenissimam caperemus animo voluptatem: testimonium dicimus, sane egregium, arctissimae vestrae cum Apostolica hac Sede coniunctionis. Quid enim magis Nostra ac religionis intersit, quam Pastores per orbem universos cum Iesu Christi Vicario in communione fidei caritatisque cohaerere? Cui quidem vestro pastoralis officii sensui generosos recentioris istius catholicae communitatis spiritus congruere non ignoramus. Est igitur, cur et gratias benignissimo Deo agamus, qui undique allatis, tot inter difficultates, solaciis Nos recreat, et vos omnes, quamquam tam longo terrarum marisque intervallo disiunctos, veluti ante oculos positos propensa voluntate complectamur redamemusque vehementer. Quod autem scribitis, exorare vos Patrem luminum, ut, eo affiante ac iuvante, regnum Christi per Nos amplificetur ac floreat, id cum Nobis perplacet, tum dignum in primis est studio, quo flagratis, catholicae fidei; neque minus acceptum habebimus, si gregem, cui tam sollerter praeestis, creberrime moneatis, instet apud Deum obsecrationibus, ut, quoad huius lucis usuram ipse Nobis dederit, apostolico officio quam maxima cum Ecclesiae suae utilitate fungamur. Caelestium interea donorum auspicem paternaeque benevolentiae Nostrae testem, vobis, venerabiles fratres, et clero populoque vestro, apostolicam benedictionem peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die XII mensis februarii anno MCMXXIII, Pontificatus Nostri secundo.

PIUS PP. XI

II

AD R. D. IOSEPHUM PERIN, ANTISTITEM URBANUM: GRATULATUR LEXICON FORCELLINIANUM EIUS OPERA ONOMASTICO SAPIENTER AUCTUM.

Dilecte fili, salutem et apostolicam benedictionem. — Seminarium Patavinum, insigne litterarum altiorumque disciplinarum domicilium, bene multi inlustrarunt, alii ex aliis, eruditissimi viri, e quibus Forcellinium commemorare libet, cui immortale illud praecipue debemus multiplicis doctrinae monumentum, quod est *Lexicon totius latinitatis*. Quo deinceps in augendo perficiendoque diu continenterque recentiores versati sunt alumni, ut Furlanettus, ut Corradinius; eorumque tu vestigiis, dilecte fili, aetate quidem at non optimarum artium studiis postremus, sic institisti, ut Seminarium profecto habeat cur hodie tuo quoque nomine glorietur. Cum enim Corradinius tria priora Lexici volumina novis curis expolita edidisset, eo vita functo, non modo quartum, sed etiam *Onomasticon*, a communium serie vocum separatum, ipsemet solus retractare aggressus es. Opus profecto valde laboriosum suscepisti et vel eruditissimo cuique arduum; quod quidem, iam ad finem properans, confidimus quam primum felicissime a te absolutum iri. Cum autem oblatos Nobis fasciculos pervolutaremus, vidimus nihil supra desiderari posse. In comperto enim est, te plura addidisse et romana et biblica et orientalia cognomina, quae ad textuum, quos vocant, emendationem summopere valeant, atque, ad augendam utilissimam cognitionum copiam, ex rebus populorum gestis, ex titulis atque inscriptionibus, ex nummis, ex vasibus fictilibus, ex omnibus denique antiquitatis monumentis ac reliquiis apparatum scite naviterque deprompsisse locupletissimum. Praeterea in quaestionibus, quae occurrunt, dirimendis omnia criticae artis subsidia sapienter adhibes; uberrimumque singulis vocibus subtexis indicem bibliographicum, quo cum ostendis te de unaquaque re haud temere iudicasse, tum aliorum quoque adiuvas studia percommode ac provehis. Itaque ex isto labore tuo illos maxime licet exspectare fructus, ut opportuna supellex ad liberales disciplinas inde suppetat, atque ut vel adversarii Ecclesiae agnoscant, clerum in eiusmodi studiis non ultimas agere ac sustinere partes. Tu vero perge alterius quae reliqua sunt voluminis accuratissime, ut soles, Deo iuvante perficere: cuius auxilii conciliatricem paternaeque caritatis Nostrae testem, tibi, dilecte fili, apostolicam benedictionem peramanter impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die XIV mensis februarii anno MCMXXIII, Pontificatus Nostri secundo.

PIUS PP. XI

III

AD R. P. IOSEPHUM MAUBON, VICARIUM GENERALEM AUGUSTINIANORUM AB ASSUMPTIONE: DE QUINQUAGESIMA GALLICA PEREGRINATIONE AD LOCA SANCTA PALAESTINAE HOC ANNO HABENDA.

Dilecte fili, salutem et apostolicam benedictionem. — Hoc est, praeter alia, in laude religiosae Sodalitatis vestrae ponendum. quod, cum, anno MDCCCLXXXII, expiatorias ad sancta Palaestinae Loca peregrinationes instruendas promovendasque suscepisset, nihil unquam praetermisit quin saluberrimum deinceps inceptum persequeretur. Vacavit quidem sacris ab itineribus recentis belli tempus, quo tempore in Palaestina ipsa dimicatum utrinque est; at, ubi primum res aliquantulum quievere, sic Coetum, seu Comitatum quem vocant, Hierosolymitanis peregrinationibus provehendis restituere studuistis, ut bis licuerit, superiore anno, certum quendam fidelium numerum in Terram, divini Redemptoris sudoribus ac sanguine ablutam, traiicere. Nuper autem ad Nos, dilecte fili, afferebas, satis multos proximo mense iter illud ingressuros esse, ut Maiorem Hebdomadem in sancta ipsa civitate agant, primamque illam Passione Domini consecratam piissimis ibidem exercitationibus recolant: quae erit peregrinatio, ex quo eas ducere coepistis, numero quinquagesima. Rem profecto nuntiasti, Nobis, etiam ob quandam eventus faustitatem, acceptam quam maxime; neque enim eiusmodi itinera minus probamus vel minore prosequimur benevolentia quam proximi decessores Nostri, qui, cum bene coeptis vestris precati sint, tum, in peregrinantium utilitatem, magnam gratiarum privilegiorumque copiam sunt benigne largiti. Causa ceteroquin agitur, quae curas Nostras sibi merito vindicat; hisce enim peregrinationibus, quemadmodum maiori Dei Ecclesiaeque gloriae prospicitur et sacerrimorum Locorum veneratio cultusque augetur, ita peregrinorum animi ad pietatem vitaeque sanctimoniam mirifice incenduntur. Huc praeterea accedit, quod, excitato in universum catholicorum studio atque ardore, non modo hi undique, Gallorum exemplum secuti, ad Terram Sanctam confluxerint, sed ea etiam rerum condicio in Palaestina – ante bellum quidem – evenerit, ut ibidem et plures aliae religiosae sodalitates sedem cum praeclaro fidei incremento constituerint, et Conventus ex omni gente Eucharisticus anno MDCCCXCIII, praeside Romani Pontificis Legato, feliciter haberi potuerit. Actuosam igitur operam Augustinianorum ab Assumptione et Coetus seu Comitatus, quem diximus, laudibus omnibus cumulamus; iisque

universis bene precamur, quotquot, Gallicae huius quinquagesimae peregrinationis participes, proximo mense martio, in Palaestinam, vobis ducibus, proficiscentur. Quos quidem vehementer hortamur, ut cum sanctam illam regionem voti compotes peragrabunt, communem omnium Patrem, qui precibus ac benedictionibus eos amantissime comitaturus est, Iesu Christo hominum Redemptori, cuius vices gerit, impense ardenterque commendent, idque ob eam potissimum causam, ut catholici nominis iura, quae ibi hodie violantur, tueri ipse efficaciter laetoque cum exitu queat. Quod autem, dilecte fili, efflagitas, ut gratias omnes et privilegia, quae fel. rec. decessores Nostri Leo XIII et Pius X, Litteris die sexto mensis martii anno MDCCCLXXXII, decimo octavo mensis aprilis anno MDCCCXCVI et quarto mensis maii anno MCMVII datis, concesserunt, Nosmet ipsi confirmemus, id perlibenter facimus; et caelestium interea donorum auspicem paternaeque caritatis Nostrae testem, tibi, dilecte fili, et sodalitati, cui praees, universae, itemque Coetui, quem memoravimus, omnibusque brevi peregrinaturis apostolicam benedictionem ex animo impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die XVI mensis februarii anno MCMXXIII, Pontificatus nostri secundo.

PIUS PP. XI

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

I

COMMUNICATIO

DE COMMIGRANTIBUS EX ITALIA TESSERA ECCLESIASTICA MUNIENDIS

Expedit ut qui ex Italia in Americam aliasve regiones sive ad breve sive ad longum tempus commigrant, tessera aliqua ecclesiastica muniantur, in qua indicetur nomen, originis locus, quando et ubi baptismum et confirmationem receperint, et quinam sit praesens eorum status, utrum scilicet liberi sint, an coniugati, cum filiis vel non, an vidui.

Ita fiet ut peregrini tutius et facilius cognoscantur a parochis et ab Ordinariis locorum emigrationis, et commercium epistolarum pro variis vitae necessitatibus, plerumque tam necessarium, expeditius evadat.

Quapropter Sacra haec Congregatio enixe commendat, ut peregrini seu emigrantes hac tessera ecclesiastica muniantur, eaque omnino gratis singulis tribuatur.

Rmi Italiae Ordinarii, sive ope parochorum, sive patronatuum qui de emigrantibus curam habent, satagant ut praedicti peregrini seu emigrantes in posterum eadem praediti discedant; qui vero iam discesserint, si possibile est, eadem instruantur, assumptis in hunc finem opportunis notitiis a Rmis Ordinariis aut a parochis loci commorationis.

Adiacet tesserae exemplar quod praeferendum pro sua simplicitate visum est.

Datum Romae, ex aedibus Sacrae Congregationis Consistorialis, die 26 ianuarii 1923.

C. CARD. DE LAI, Ep. Sabinen., *Secretarius*.

L. ✠ S.

Aloisius Sincero, *Adsessor*.

(*Extrinsecus*)

Tessera Ecclesiastica

dell'emigrante e pellegrino

Nome: .....

.....

.....

Patria: .....

.....

.....

Subsequentes adnotationes:

.....

.....

.....

.....

.....

.....

.....

.....

.....

.....

(*Intrinsecus*)

Tessera Ecclesiastica

.....

ha ricevuto il Battesimo il .....

in .....

la Cresima il .....

in .....

Stato suo al giorno .....

.....

Subsignatio Parochi:

.....

.....

Assolutamente gratis

Tessera Ecclesiastica

.....

recepit Baptismum die .....

in .....

Confirmationem die .....

in .....

Status eius die .....

.....

Revisio Ordinarii:

.....

.....

Gratis quocumque titulo

II

PROVISIO ECCLESIARUM

Ssm̃us Dn̄us Noster Pius divina Providentia Pp. XI, decretis Sacrae Congregationis Consistorialis, has quae sequuntur Ecclesias de proprio singulas Pastore providit, nimirum:

19 ianuarii 1923. — Metropolitanae Ecclesiae Maceiensi praefecit R. P. D. Sanctinum Mariam a Silva Coutinho, hactenus Archiepiscopum Belemensem de Parà.

— Cathedrali Ecclesiae Massiliensi, R. P. D. Danielem Champavier, hactenus Episcopum titularem Sorensem.

20 ianuarii. — Titulari archiepiscopali Ecclesiae Nicaenae, R. P. D. Ioannem Festa, hactenus Archiepiscopum Tharonensem.

31 ianuarii. — Titulari episcopali Ecclesiae Mopsuestenae, R. P. D. Gustavum Carolum Mutel, hactenus Episcopum Milensem.

3 februarii. — Metropolitanae Ecclesiae Tegucigalpensi, R. P. Augustinum Hombach, e Congregatione Missionis.

5 februarii. — Titulari archiepiscopali Ecclesiae Traianopolitanae, R. P. D. Ismaelem Perdomo, hactenus Episcopum Ibaguensem, quem constituit Coadiutorem cum iure futurae successionis R. P. D. Bernardi Herrera Restrepo, Archiepiscopi Bogotensis in Columbia.

6 februarii. — Titulari episcopali Ecclesiae Lycopolitanae, R. D. Ioannem Floersh, quem constituito Coadiutorem cum iure futurae successionis R. P. D. Dionysii O' Donaghue, Episcopi Ludovicopolitani.

10 februarii. — Metropolitanae Ecclesiae Messanensi, cui perpetuo unitus est Archimandritatus SSm̃i Salvatoris, R. P. D. Angelum Paino, hactenus Archiepiscopum titularem Antinoënsem.

11 februarii. — Titulari archiepiscopali Ecclesiae Antinoënsi, R. P. D. Iulianum Raymundum Riveiro y Jacintho, olim Archiepiscopum Guatimalensem.

16 februarii. — Titulari episcopali Ecclesiae Diocletianopolitanae, R. P. Gerardum Vesters, e Missionariis Ssm̃i Cordis Iesu, deputatum Vicarium Apostolicum de Rabaul.

— Titulari episcopali Ecclesiae Claudiopolitanae, R. P. Gabrielem a Stanz, O. F. M. Capuccinorum, deputatum Vicarium Apostolicum de Dar-es-Salam.

19 februarii. — Cathedrali episcopali Ecclesiae Syracusensi in America, R. D. Danielem Curley, rectorem ecclesiae Dominae Nostrae Solatii in civitate Neocboracensi.

22 februarii 1923. — Cathedrali Ecclesiae Calbayoganae, R. P. D. Sophronium Hacbang et Gaborny, hactenus Episcopum tit. Anemuriensem.

23 februarii. — Titulari episcopali Ecclesiae Thapsensi, R. D. Aloisium Brennan, cancellarium Curiae Scrantonensis, quem deputavit Auxiliarem R. P. D. Michaëlis Hoban, Episcopi Scrantonensis.

24 februarii. — Titulari episcopali Ecclesiae Themisoniensi, R. P. Antonium Fourquet, e societate Parisiensi Missionum ad exteros, deputatum Vicarium Apostolicum de Canton.

III

NOMINATIONES

Ssmus D. N. Pius PP. XI, decretis S. Congregationis Consistorialis:

2 aprilis 1922. — Deputavit R. P. D. Ioannem de Borzatti, Episcopum tit. Milevitanum, in *Administratorem Apostolicum* eius partis archidioecesis *Jadrensis*, quae regno Italico attributa est et ab eius exercitu detinetur; et R. P. D. Hieronymum Mileta, Episcopum Sebenicensem, in *Administratorem Apostolicum* alterius partis memoratae archidioecesis, quae, seiuncta a civitate Jadera, in territorio regni serbi-chroati-sloveni invenitur.

20 iunii. — Commisit curam pastoralem insularum *Cherso* et *Lussino*, dioecesis Veglensis, Ordinario civitatis Jadrensis, qua earum insularum Administratori Apostolico, cum omnibus iuribus, privilegiis ac facultatibus huic muneri adnexis.

10 augusti. — Regimen ecclesiasticum insulae *Lagosta*, dioecesis Ragusinae, attribuit R. P. D. Joanni de Borzatti, Episcopo tit. Milevitano, tamquam *Administratori Apostolico.*

SACRA CONGREGATIO CONCILII

DIOECESIS *T*

STALLI CORALIS

Die 8 iulii 1922

FACTI SPECIES. — In cathedrali T. binae exstant cathedrae episcopales, quarum altera in extrema chori abside, praesertim pro quadragesima aliisque diebus, altera vero, saltem in praesens, in presbyterio a cornu evangelii pro pontificalibus ab Ordinario adhiberi solita. Canonici autem

hoc ordine in choro sedere solebant: duae dignitates occupabant stalla hinc inde prope altare maius posita, seu archipresbyter a cornu evangelii et decanus a cornu epistolae; deinde eadem ratione sequebantur theologus et poenitentiarius; denique veniebant reliqui canonici iuxta ordinem possessionis seu antianitatis, ita ut canonici iuniores sederent alternatim iuxta cathedram episcopalem in extrema parte eiusdem chori erectam.

Hanc stallorum choralium dispositionem Ordinarius iuri communi minus consonam autumans, suo decreto ita immutavit ut sederent « nel « lato *a cornu evangelii*, cioè a destra della cattedra episcopale (*quae nempe « est in ima chori abside erecta*), e cominciando dal primo stallo vicino alla « medesima, Monsig. Arciprete, i Monsignori canonici Teologo e Peni- « tenziere e gli altri canonici della bancata in ordine di anzianità; nel lato « *a cornu epistolae*, cioè a sinistra della cattedra episcopale (*seu eiusdem in « choro erectae*), e cominciando dal primo stallo vicino alla medesima, « Mons. Decano, Mons. canonico Parroco e gli altri canonici della bancata « in ordine di anzianità; seguendo lo stesso criterio si disporranno i bene- « ficiati nei rispettivi stalli secondo l'ordine di anzianità »; idque sub poena « che tutti quei capitolari i quali rifiutassero di ottemperarvi, perdano « tutte le distribuzioni, come se non fossero presenti al coro ».

Cui decreto obtemperarunt canonici, uno tantum excepto Decano, seu secunda dignitate, qui occupare perrexit priorem locum a cornu epistolae prope altare, contendens id sibi competere ex ipso possessionis actu. Tum Ordinariis statim de re certiorem reddidit hanc S. C., quae Decano mandavit ut, salvo eius iure ad S. Sedem recurrendi, interim « stia alle « disposizioni del decreto vescovile, e qualora non obbedisca, gli vengano « senz'altro sottratte le distribuzioni corali ».

Quum vero Decanus obedire ulterius detrectasset, Vicarius generalis dioecesis, qui est simul prima Capituli dignitas seu archipresbyter, haec scripsit super folio distributionum: « La somma di L. ....., che sarebbe « spettata al Rmo Mons. Decano, in virtù del decreto vescovile e delle « istruzioni ricevute dalla S. C. del Concilio, viene trattenuta presso il « sottoscritto, in attesa di ulteriori istruzioni ». Id magis magisque exacerbavit animum Decani qui, adstantibus aedituis ac pluribus canonicis verba offensiva in ipsum Vicarium proferre non dubitavit. Hinc postridie Ordinarius eum suspensione mulctavit, quam tamen Decanus per ulteriorem Missae celebrationem violasse videtur. – Posthaec idem Decanus absolutionem a censuris et dispensationem ab irregularitate saltem ad cautelam ab hac S. C. impetravit, ac etiam stallum decreto episcopali sibi assignatum occupavit, expresse tamen sibi reservato iure ad hanc

S. C. recurrendi, sicuti deinde fecit, postulans, cum consensu sui Ordinarii, declarari quae sequuntur dubia:

I. *An et quomodo decretum episcopale de ordine in choro sedendi confirmandum sit in casu;*

II. *An decano restituendae sint distributiones chorales in casu;*

III. *An suspensio eidem decano ab Ordinario inflicta sustineatur in casu.*

SYNOPSIS DISCEPTATIONIS. – 1. Per modum exceptionis praeiudicialis. Decanus negat Ordinario facultatem aliquid decernendi quoad Capitulum, extra sacrae visitationis actum, eo quod ecclesiae Capitulum in casu exemptione gaudeat, prout in Synodo dioecesana recognitum est: « Capi« tulum duos de Capituli gremio, quolibet ineunte anno, canonicos eligit, « qui, ex privilegio quo gaudet, in criminalibus tantum canonicorum causis, « extra visitationem cognoscendis et definiendis, tamquam coniudices Epi« scopo assistunt, iuxta formam a Tridentino Concilio ad rem traditam ». Ac insuper ad exemptionem hanc probandam affert ipse Decanus decisionem H. S. C. diei 20 iulii 1694, in qua legitur: « ... Supplicat Ordi« narius benigniter responderi, an possit declarare canonicos incursos in « censuras a iure latas, absque adiunctis capitularibus ». Et S. H. C. respondit: « Negative in casibus in quibus formandus sit processus ».

Ast haec et alia in conclusionibus per Decani patronum allata, speciosa nec solida argumenta sunt ad vindicandam exemptionem Capituli cathedralis. Sive enim littera et sensu Synodi dioecesanae, sive littera et sensu Concilii Tridentini, ad effectum quo de agitur, sub cap. VI, Sess. XXV, *de Ref.*, sive decisione 20 iulii 1694, hoc unum probatur, Ordinarium, extra visitationem, procedere non posse *in criminalibus* criminaliter agendis, contra aliquem canonicum, sine duobus adiunctis ex Capitulo. Sufficit ad hoc probandum unum afferre Benedictum XIV, qui, *De Synodo Dioec.*, lib. XIII, cap. IV, § 8, scribit: « Capitula itidem exempta obnoxia sunt « Synodalibus Constitutionibus, quae versantur circa reformationem mo« rum et disciplinae; quod a S. Congr. declaratum, testata sunt Concilia « Provincialia Mechliniense et Namurcense, relata a Van-Espen, *Iur.* « *eccl. univ.*, part. I, tit. XVIII, cap. IV, n. 8; intacta in reliquis rema« nente eorumdem Capitulorum exemptione, *quae in hoc praecipue sita* « *est, ut Episcopus, extra visitationem, procedere nequeat contra aliquem* « *Canonicum sine duobus adiunctis e gremio Capituli, ad normam Triden*« *tini, Sess. XXV, cap. VI, de Ref.*, quamvis eadem Capitula, sine adiunctis, « pro suo arbitrio, visitare queat, iuxta aliud eiusdem Concilii decretum, « Sess. VI, cap. IV, *de Ref.*, quae duo decreta a nobis expensa et invicem « conciliata fuere in causa *Ianuen., Iurisdictionis*, de qua tom. II *Thesaur.*

« *Resol.*, pag. 162 et seq. ». Itaque, hoc uno excepto criminali processu contra aliquem Canonicum, in reliquis omnibus Capitulum in casu subiicitur suo Episcopo, neque ulla gaudet exemptione.

2. Sublata e limine praeiudiciali exceptione videndum an decretum de ordine sedendi in choro confirmandum sit necne.

Decanus infirmandum esse Ordinarii decretum practendit praesertim ex eo quod opponatur inveteratae consuetudini in subiecta materia, et oriatur ex praepostera interpretatione decreti S. R. C., 19 iun. 1877, n. 3422, ad I: « Primum locum in Ecclesia cathedrali post episcopalem cathedram « esse qui immediate sequitur cathedram episcopalem », quam contendit non esse in casu nisi quae surgit in presbyterio a cornu Evangelii. – Ordinarius ex adverso, postquam pluribus ostendit consuetudinem in casu non exstare, immo ad annum usque 1866 sedendi ordinem illum fuisse, quem Ordinarius nuper suo decreto restituit, allegat pro se ex decretis S. R. C., quod inscribitur n. 305 in *Brundusina*, ubi edicitur sustineri decretum Episcopi qui ordinem sedendi ita statuit ut « Thesaurarius, qui tertiam et « ultimam obtinet dignitatem in dicta Ecclesia Collegiata, sedeat a dextris « apud Archipresbyterum, primam Dignitatem; Decanus vero, seu primus « canonicus, sedeat a sinistris apud Cantorem, secundam Dignitatem; re« liqui vero canonici successive per ordinem hinc inde sedeant secundum « eorum antianitatem seu antiquitatem »; item Decr. 866, in *Hieracen.*, ad 4: « Primae Dignitati primum stallum deberi, et sic deinceps ordine succes« sivo ». Quibus praemissis, animadvertit ut cathedram Episcopi revera habendam esse quae in ima abside in medio chori erigitur; nihil in contrarium faciente quod hucusque utpote cathedra habita sit quae surgebat a cornu Evangelii in presbyterio, quaeque tamen hodie satis procul a primo stallo chori dimota est; nihil enim prohibet quominus Episcopus *plures* sedes habeat: cf. Concilium Tridentinum, Sess. XXV, c. 6, *de Ref.*, et S. R. C. in *Granaten.*, n. 214, ad 2 (9 maii 1906). Et Decanum arguit, quod sedem in ima abside exstantem, tradiderit tamquam « un semplice « stallo più distinto », dum e contrario « è una vera sede, o trono episco« pale – et quidem con baldacchino, sporgente dalla parete centim. 80 – e « rialzato di tre gradini, oltre la predella, sul pavimento del coro, di « cui uno, oltre la predella, sul piano degli stalli canonicali, proprio come « per la sede episcopale prescrive il decreto n. 2049 ad 25, *Arequipen.*, « 13 martii 1700, della S. C. dei Riti ... » (cf. etiam *Caerem. Episc.*, lib. I, cap. XIII, n. 3).

3. Qui super hac controversia scripsit Consultor, plane hisce Episcopi argumentis adstipulatur; sed existimat corrigendum seu reformandum esse decretum in duobus: primo in eo quod *semper* a sede episcopali sita

in medio chori ordo sedium dignitatum et canonicorum regulandus sit; secundo in eo quod sedem figit post Dignitates canonicis Theologo, Poenitentiario et Parocho. Et ad primum quod attinet, – ait – non videtur excludi debere a principio statuendi ordinem sedium choralium alteram cathedram episcopalem, quam vocant *trono dei pontificali*. Etenim quando Episcopus pontificali celebrat ritu, et heic sedet, Dignitates et Canonici *huic* sedi propius accedere debent; sed dum, stallis choralibus post altare manentibus, aliae sedes canonicales prope thronum non ponantur, personae quae viciniores Episcopo sedere debent, accedere non possunt nisi locis mutatis. Itaque tunc idem ordo dignioris, qui a sede in medio chori sita, diebus ordinariis, initium sumit, diebus pontificalium functionum, sedente Episcopo in throno ante altare, ab hac sede initium sumere debet; et tunc, incipiendo ab Archipresbytero, ceteri locum occupare debent inverso ordine, ac qui alias servatur. Et hoc est conforme praxi, quae in Urbe servatur vel in Patriarchalibus Basilicis, in quibus ordo choralium regulatur ab altari, in quo celebratur; ita ut primus locus habeatur ille qui propior est a cornu evangelii altaris papalis, si in isto officium fit; altaris canonicalis in extrema apside siti, si in isto functio sacra exequatur. Et concordat decretum S. R. C., n. 287, in *Andrien.*, 25 sept. 1610.

Ad secundum vero quod spectat, non est probatum quod fixa sede gaudere debeant Canonici Parochus, Theologus et Poenitentiarius. Episcopus ab H. S. C. interrogatus, num statuto vel consuetudine hoc sustineatur, respondit statutum quidem non adesse, quia statutis caret Capitulum, neque a Synodis aliquid ad rem praescribi. Attamen addit: « In « mancanza di un vero *ius* ho tenuto presente l'antica consuetudine secondo « la quale i detti Canonici Teologo e Penitenziere anticamente occupavano « gli stalli subito dopo l'Arciprete; e siccome il decreto della S. C. dei Riti, « n. 164, *Mediolanen.*, dell'8 maggio 1604, vuole che si conservi la disposi- « zione di S. Carlo Borromeo, che aveva assegnato al Can. Teologo il primo « posto dopo le Dignità, ho creduto di potere e di dovere uniformarmi « all'accennata antica consuetudine. Circa il Can. Parroco, non mi risulta « se egli abbia seduto, in passato, in fondo all'abside; tuttavia, secondo « la distribuzione degli stalli da me abolita, veniva subito dopo il Decano. « Conseguentemente, spostando il Decano, ho spostato anche il Can. Par- « roco, conservandogli però la prima sede dopo quella del Decano. Del « resto, nelle numerose Cattedrali che ho avuto occasione di visitare, ho « sempre notato che dappertutto, subito dopo le Dignità, in Coro seggono « i Canonici d'ufficio ».

Quae responsio totam probationis vim pro stallo fixo favore Canonicorum Parochi, Theologi et Poenitentiarii collocat in consuetudine. Ast

nimis claudicat haec consuetudo: ex eo enim quod Theologus et Poenitentiarius occupabant ultimas sedes a cornu Evangelii, arguit id non esse nisi reliquia antiqui moris, quando hi duo Canonici immediate sedebant post primam dignitatem, Archipresbyterum. Ad Parochum vero quod attinet, probationem desumit ex opposita via, non ex antiquo more sessionis canonicorum, sed ex recentiore, cum observasset Parochum locum occupare immediate post Decanum.

Itaque, cum non constet de asserta consuetudine, videtur in casu sequi debere dispositionem iuris communis, quae habetur in can. 408 C. I. C., nullatenus suffragante sive dispositione S. Caroli pro Mediolanensi provincia, sive praxi aliarum Cathedralium ecclesiarum, quas Ordinarius visitavit. Praescriptum vero can. 408, nulla facta exceptione favore Theologi vel Poenitentiarii, rationem tantum haberi statuit antianitatis, seu prioritatis possessionis. Sic enim ibi: « ... in eodem Capitulo, salvis pecu-« liaribus statutis, vel legitimis consuetudinibus, dignitates, servato inter « se praecedentiae ordine, praecedunt canonicis, canonici antiquiores, qui « nempe prius possessionem ceperunt, posterioribus ... ».

4. Decretum Ordinarii poenalem habet sanctionem, videlicet: « ... ordi-« niamo che tutti quei capitolari i quali – il che non vogliamo credere – « rifiutassero di ottemperare, perdano tutte le distribuzioni, come se non « fossero presenti al Coro ». Idipsum Decanus contendit iniustum esse, cum correlativa sint praesentia in choro et distributionum perceptio. « Questa relazione – scribit – tra presenza in coro e percezione delle « distribuzioni non può essere distrutta, senza togliere alle distribuzioni « stesse il carattere che esse hanno per disposizione di diritto. Il Vescovo, « con l'ordinare un cambiamento di stallo, non può fare che non sia pre-« sente al coro chi è presente, e quindi, salvo, *si et in quantum*, il diritto « di imporre altre sanzioni, non può togliere le distribuzioni quotidiane che « sono legate connaturalmente e sostanzialmente alla presenza in coro ».

Sed argumentatio Decani nimis absoluta est et, quamvis vera, non excludit casus in quibus fallit. Qui choro praesens est lucratur distributiones, etiamsi non physice sit praesens, sed fictione iuris talis, prout can. 420 statuitur pro capitularibus iubilatis, infirmitate detentis, pro Theologo, Poenitentiario, Parocho, etc. Itaque, e contrario, absens censetur a choro, quamvis physice praesens, qui non psallit, neque canit, vel qui adstat sine veste convenienti, iuxta can. 409. Ideoque verum non est quod Decanus affirmat, quod scilicet numquam qui praesens est choro, amittat distributiones; et fallit quoque quod Episcopus, servatis servandis, id facere nequeat. Hic enim, in sua dioecesi, *potestate* gaudet *legislativa*, *iudiciaria*, *coactiva ad normam sacrorum canonum exercenda* (can. 335). Quapropter,

intra limites suae iurisdictionis legem a se latam (vel a praedecessore aut a superiore potestate) *munire potest congrua poena* (can. 2221). Et haec poena esse potest *privatio alicuius iuris cum beneficio vel officio coniuncti* (can. 2298, n. 4°), seu, uti in casu, privatio iuris cum praesentia in choro coniuncti, amissio scilicet distributionum, quod recurrens negat.

5. Quod, demum, suspensio sibi iniuste et invalide sibi irrogata fuerit, Decanus non arguit nisi negando se publice iniurias in can. Archipresbyterum protulisse, ubi utinam testimonio unanimi adstantium, tamquam de facto omnino notorio, non refelleretur. Nec magis ille iuvatur privilegio exemptionis extra visitationis casum, ab Episcopi auctoritate, quod, ut a limine vidimus, praetendit, ad tramitem Concilii Tridentini, Sess. XXV, cap. VI, *de Ref.* Etenim planum est loqui Concilium de formando processu, deque causa tractanda in tribunali, in qua teneretur Episcopus ministerio canonicorum coniudicum uti, prouti melius elucet ex citata resolutione H. S. C. 20 iulii 1694. E contrario hic in re notoria nullus processus efformandus erat, sed disciplinae tramite agendum, et quidem in casu quam maxime urgenti. Quare, etc.

Resolutio. – Porro Sacra Concilii Congregatio, in plenariis Emorum Patrum comitiis in Palatio Apostolico Vaticano habitis die 8 iulii 1922, suprascriptis dubiis respondendum censuit:

Ad 1: *Affirmative*, ita tamen ut canonici post dignitates, ad tramitem canonis 408, § 1 Codicis iur. can., nulla ratione habita officiorum, sedeant hinc inde iuxta prioritatem possessionis.

Ad 2: *Negative.*

Ad 3: *Affirmative.*

Quas resolutiones, referente postmodum infrascripto Sacrae Congregationis Secretario, SSmus Dnus Noster Pius Div. Prov. PP. XI approbare et confirmare dignatus est.

I. Mori, *Secretarius.*

SACRA CONGREGATIO DE RELIGIOSIS

APPROBATIONES

Ssmus Dñus Noster Pius divina Providentia Pp. XI, decretis Sacrae Congregationis de Religiosis, harum, quae sequuntur, religiosarum Congregationum *Constitutiones approbavit:*

30 ianuarii 1923. — Piae Presbyterorum Societatis ab Assumptione Beatae Mariae Virginis, vulgo *des Augustins de l'Assomption* nuncupatae.

— Instituti Servularum Sacratissimi Cordis Iesu, cuius domus princeps sita est Cracoviae.

— Instituti Sororum Franciscalium Missionariarum ab Immaculata Conceptione Deiparae Virginis Mariae nuncupati, cuius domus princeps sita est in Urbe.

— Instituti Fratrum Tertii Ordinis Sancti Francisci, cuius domus princeps sita est in oppido vulgo *Waldbreitbach*, in dioecesi Trevirensi.

SACRA CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

DECRETUM

PRAEFINIUNTUR LIMITES INTER VICARIATUM APOSTOLICUM LEOPOLDOPOLITANUM ET PRAEFECTURAM APOSTOLICAM DE MATADI.

Per decretum Sacrae Congregationis Fidei Propagandae diei 31 maii 1921, pars septentrio–orientalis regionis de Mayomba, ad vicariatum apostolicum Leopoldopolitanum pertinens, praefecturae apostolicae de Matadi adnectebatur, quin tamen specifici fines determinarentur. Cum autem utriusque missionis Ordinarii de limitum designatione inter se convenerint, hoc Sacrum Consilium Christiano Nomini Propagando per praesens decretum statuit ut memoratum vicariatum et praefecturam novus limes dividat, qui incipiens ab ostio fluminis *Bidizi* eiusdemque cursum sequens, quasi recta linea flumina *Manzonzi* et *Mau* praecidit et ad fon-

tes fluminis *Monzi* procedit, deinde fontes tangit fluminum *Luki Nzuazuzu*, *Loango*, *Bundi*, *Kodia*, *Gembo*, *Miruzi*, *Lumena*, *Lukulu* et *Lukula* usque ad scaturigines fluminis *Shiloango*, quod Congi Gallici limites constituit.

Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Datum Romae ex aedibus Sacrae Congregationis de Propaganda Fide, die 22 februarii 1923.

G. M. Card. van Rossum, *Praefectus.*

L. ✠ S.

† F. Marchetti-Selvaggiani, Archiep. Seleucien., *Secretarius.*

SACRA CONGREGATIO RITUUM

DUBIUM

DE EVANGELIO IN FINE MISSAE QUAE CELEBRATUR CORAM SSMO SACRAMENTO SOLEMNITER EXPOSITO.

Sacrae Rituum Congregationi proposita fuit solvenda sequens quaestio:

« Utrum in Missa, quae celebratur coram Ssmo Eucharistiae Sacra-« mento solemniter exposito et in qua Oratio de Ssmo Sacramento iuxta « Rubricas addenda est, sitne in fine legendum Evangelium ex Missa vo-« tiva de Ssma Eucharistia, tamquam stricte proprium, an non? »

Et Sacra eadem Congregatio, audito specialis Commissionis voto, propositae quaestioni ita respondendum censuit: « Neque ultimum Evange-« lium, sicut neque Praefatio, erit ex Missa votiva Ssmi Sacramenti; « Oratio enim in casu non tenet locum Missae votivae impeditae ad mentem « decreti 17 novembris 1922, ad I ».[1]

Atque ita rescripsit ac declaravit. Die 26 ianuarii 1923.

✠ A. Card. Vico, Ep. Portuen. et S. Rufinae,
S. R. C. Praefectus.

L. ✠ S.

Alexander Verde, *Secretarius.*

[1] *Acta Apost. Sedis*, XIV, n. 17, pag. 651.

ACTA TRIBUNALIUM

SACRA ROMANA ROTA

TRANEN.

CONVENTIONIS

QUAESTIONIS INCIDENTALIS DE COMPETENTIA S. R. ROTAE

Pio PP. XI feliciter regnante, Pontificatus Dominationis Suae anno primo, die 30 ianuarii 1923, RR. PP. DD. Franciscus Parrillo, Ponens, *Franciscus Solieri et Iosephus Florczak, Auditores de turno, in causa* Tranen. – Conventionis, *inter Archiconfraternitatem Immaculatae Conceptionis, actricem, repraesentatam per legitimum procuratorem Vincentium Sacconi, advocatum, et R. P. D. Archiepiscopum illius dioecesis, conventum, repraesentatum per legitimum procuratorem Paulum Santucci, interveniente et disceptante in causa rev.mo Promotore iustitiae Sacri Tribunalis, sequentem tulerunt interlocutoriam sententiam.*

Archiconfraternitas Immaculatae Conceptionis, in ecclesia S. Francisci, civitatis Tranen., erecta, in ius vocavit penes hunc S. Ordinem, libello diei 2 iunii superioris anni, R. P. D. Archiepiscopum illius dioecesis, necnon parochum memoratae ecclesiae, ut ad tramitem art. 10 instrumenti diei 31 decembris 1908, inter ipsam Archiconfraternitatem, Archiepiscopum pro tempore et parochum initi, decerneretur « valida ed efficace la disdetta « data alla parrocchia di S. Francesco in base al contratto 31 dicembre 1908, « e quindi dover la parrocchia o immediatamente, o quanto meno, in via « puramente subordinata, alla scadenza del quinquennio, cioè al 1° gen- « naio 1924, essere trasferita altrove, lasciando libera all'Arciconfraternita « la chiesa di sua proprietà ».

Cum lis in primo iudicii gradu actitaretur penes h. S. Tribunal ad normam can. 1557, § 2, n. 1, et 1599, § 3, praescribentium Episcopos residentiales in contentiosis iudicari a Tribunalibus Sedis Apostolicae et proprie a Tribunali S. Rotae, Ponens, antequam ad partium citationem procederet, Archiepiscopum audire voluit, an aliqua haberet obiicienda

circa h. S. Ordinis competentiam, et cum is, in responsivis litteris 18 augusti 1922, rescriptum S. C. Concilii diei 16 septembris 1908 memorasset, cuius virtute praedecessor paroeciam in ecclesia S. Francisci instituerat, Nostri Tribunalis incompetentiam excepit, tenuitque obortam quaestionem ad S. Concilii Congregationem esse remittendam.

Attentis cann. 1609, § 1, et 1610, § 1, Ponens mandavit, decreto 18 decembris 1922, incidentalem quaestionem desuper proponi per memoriale in Turno RR. PP. Auditorum, cum interventu in causa Revmi Promotoris Iustitiae huius Tribunalis.

Lectis itaque deductionibus a partibus et Iustitiae Promotore diribitis, RR. PP. DD. Auditores, perpendentes *in iure*, quod:

1. Cognitioni S. Rotae subducta sunt, praeter causas maiores, Ordinariorum decreta, ope recursus oppugnata, quorum cognitio SS. Congregationibus exclusive reservatur (cann. 1600, 1601).

2. Pariter a cognitione S. Rotae excluduntur controversiae, quas partes commiserunt SS. Congregationibus, quasque in *linea disciplinari* pertractandas ipsaemet Congregationes censuerunt (can. 250, § 5).

3. Item, ad normam can. 1683, « Iudex inferior de confirmatione a « R. Pontifice actui vel instrumento adiecta videre non potest, nisi Apo« stolicae Sedis praecesserit mandatum ». Circa cuius canonis intellectum, haec notanda sunt:

a) Iudex inferior, in citati canonis sensu, est quilibet iudex S. Pontifice inferior, hinc ipsa S. Rota, utut Tribunal S. Sedis, prout ipsae SS. Congregationes, quae ad valide videndum actum vel instrumentum sic confirmatum, mandato indigent S. Pontificis, quod pragmatici *aperitionem oris* appellant.

b) Citatus canon cum ius novum non constituat, sed vetus ex integro referat « ex veteris iuris auctoritate, atque ideo ex receptis apud pro« batos auctores interpretationibus aestimandus est » (can. 6, n. 2). Iamvero, Alexander III in c. 2, tit. 30, l., 2, X, haec praestituit: « de confir« mationibus RR. Pontificum tuam volumus cognitionem tenere, quod « contra illas, nisi novum Apostolicae Sedis mandatum procedat, aut « certum sit quod ipsae confirmationes per falsam sint suggestionem « obtentae, non est aliquatenus iudicandum ».

c) Confirmatio, de qua canon, intelligenda est in forma *specifica*, haud vero *communi*, nam, prout scribit Emus Lega, « res confirmata in « forma communi, nullum praestat impedimentum cognitioni iudicis in« ferioris » (*De iudiciis*, I, n. 383). Insuper ab uno R. Pontifice facta sit oportet, non a SS. Congregationibus, nisi actum vel instrumentum hae confirmaverint potestate non ordinaria, sed specialiter ab Eo delegata,

ut planum est. Demum confirmatio *subsequi*, haud praecedere debet actum vel instrumentum, ad effectum inhibendi iurisdictionis exercitium in inferiore iudice, nam confirmatio, stricte sumpta, fit ex certa scientia et cum perfecta cognitione causae, omniumque circumstantiarum negotii, hinc actum iam perfectum supponit. eique *adiecta* intelligitur, iuxta canonis verba.

4. Rescripta et generatim Litterae Apostolicae Sedis, tunc solum subducuntur iudicum cognitioni. quando clausulis sunt munita, quae a DD. *praeiudiciales* appellantur, nempe decreto irritanti et clausula *sublata*. Ad rem Card. De Luca: « maiores ac frequentiores quaestiones, quae « in hac materia cadunt (quae nempe aditum non praebent iudicis officio), « percutiunt clausulas, quas in Curia dicimus *praeiudiciales*, quae in lit- « teris Apostolicis apponi solent, ut sunt *decretum irritans*, et clausula *su- « blata*. Huiusmodi etenim clausularum virtus ac operatio est, claudendi « os, atque ligandi manus tam iudici quam parti, ut ista audiri non debeat, « et ille desuper non iudicare, atque alias nulliter agitur ex defectu iurisdi- « ctionis, quae per Papam *sublata* dicitur » (*De iudiciis*, disc. 20, n. 10). Item Fagnanus in cap. *super litteris*, n. 39, *de Rescriptis*, et auctores passim. Speciatim vero notandum est, quod, quando Rescripta vel Litterae Apostolicae talibus clausulis munita, non impugnantur directe in iudicio, sed incidenter adducuntur, vel ad ostendendum rem litigiosam in rescripto non comprehendi, vel huius exsecutorem, qua talem, non egisse, sed factum proprium, independenter a Rescripto, posuisse, vel alia huiusmodi, quae factam concessionem nec tollunt nec minuunt, tunc potest iudex suo iure uti, non obstantibus clausulis ut supra appositis. Scite ad rem docet idem Card. De Luca: « incongruam dicebam aperitionem oris, cum esset articu- « lus comprehensionis, de quo iudex sine hac habilitatione cognoscere « non prohibetur. Siquidem, *decretum irritans* et clausula *sublata*, claudunt « ac ligant cuiuscumque iudicis os et manus *in iis, quae gratiam tollunt « vel minuunt*, non autem super iis, quae praetenduntur non comprehensa, « quia impugnare non dicitur, qui non comprehensionem allegat. Et ex « qua ratione ego ... dicebam quod actores uterentur iure suo coram iudi- « cibus competentibus, absque necessitate expectandi rescriptum Signa- « turae gratiae, quae rescribere non solet in iis, quae sine gratia exerceri « possunt per petentem de iustitia, in quibus rescribendi stylus est, quod « *utatur iure suo* » (*de foro compet.*, disc. 8, n. 9).

Itidem RR. PP. DD. Auditores attendentes *in facto*, quod:

1. Quaestio ab Archiconfraternitate mota et ad h. S. Ordinem delata, in nullo ex citatis canonibus vel iuris praescriptis, iurisdictionem h. Tribunalis circumscribentibus, continetur, cum de contractu agatur, in

forma publica, libere inter partes inito, mutua iura et obligationes sibi invicem cedentes ac imponentes pro paroeciae erectione in ecclesia S. Francisci, quae de proprietate ipsius Archiconfraternitatis esse affirmatur. Et quamvis aliunde sciatur, Archiepiscopum pro tempore ad instituendam novam paroeciam in praefata ecclesia vel in alia viciniore, rescripto S. C. Concilii adactum fuisse, nulla tamen de eo mentio in contractu, litis obiecto, habetur.

2. Eiusdem paroeciae institutio, et hinc memorati rescripti exsecutio ex parte Archiepiscopi, habita fuit per decretum 1 novembris 1908, prout hodiernus Archiepiscopus refert, et nullus recursus fuit desuper interpositus, qui, dum limites Nostrae competentiae excederet, a S. C. Concilii exclusive cognosci potuisset.

3. Nulla confirmatio, prout planum est, sive ex Summi Pontificis, sive ex S. C. Concilii parte, adiecta habetur instrumento Nostro examini subiecto, hinc quominus illud cognoscamus, obstare nequit dispositio citati can. 1683.

4. Rescriptum S. C. Concilii, sueta forma et ordinariis facultatibus concessum, nullis clausulis praeiudicialibus munitum resultat, et aliunde non impetitur directe *ad concessionem tollendam vel minuendam*, sed ex adverso adductum est, ut de valore initi contractus, ab ipso rescripto difformis, decerneretur.

5. Ea omnia quae, occasione huius incidentalis quaestionis a partibus allata sunt, merita causae attingunt, ac propterea proponi, et vicissim reconveniri poterunt, prout de iure.

Quibus omnibus in iure et in facto consideratis, infrascripti Auditores tenent, Tribunal S. Rotae competens esse ad propositam, ut supra, quaestionem videndam, unde ad ulteriora procedi decernunt.

Romae, in sede Tribunalis S. R. Rotae, die 30 ianuarii 1923.

Franciscus Parrillo, *Ponens.*
Franciscus Solieri.
Iosephus Florczak.

L. ✠ S.

Ex Cancellaria, 5 februarii 1923.

T. Tani, *Notarius.*

ACTA OFFICIORUM

PONTIFICIA COMMISSIO

AD CODICIS CANONES AUTHENTICE INTERPRETANDOS

DUBIUM

SOLUTUM IN PLENARIO COETU DIEI 26 NOV. 1922

De collatione canonicatuum (can. 404)

Utrum in collatione canonicatuum, de quibus in can. 404, abrogatae sint leges particulares, revocata privilegia et reprobatae consuetudines, vi quarum iidem canonicatus nonnisi indigenis seu civibus originariis civitatis, in qua sedem habet ecclesia, conferri possint, aut isti ceteris praeferri debeant.

Resp.: Affirmative, salva contraria fundationis lege, et firmo praescripto canonum 3 et 1435 § 3, ita tamen ut etiam in his casibus, si nullus inter indigenas reperiatur idoneus seu dignus, canonicatus conferri possint ac debeant aliis idoneis et dignis, ad normam cit. can. 404.

P. CARD. GASPARRI, *Praeses.*

Aloisius Sincero, *Secretarius.*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Lunedì 5 febbraio 1923 la Santità di Nostro Signore ha ricevuto in udienza di formalità S. E. the hon. Theo Russel, Inviato Straordinario e Ministro Plenipotenziario della Gran Brettagna, per la presentazione delle lettere credenziali.

S. CONGREGAZIONE DEI RITI

Martedì 20 febbraio 1923, nel Palazzo Apostolico Vaticano, si è tenuta la Congregazione *Ordinaria* dei Sacri Riti, nella quale al giudizio degli E.mi e Rev.mi Signori Cardinali, componenti la medesima, sono state sottoposte le seguenti materie:

I. Sopra la riassunzione della Causa di Canonizzazione del Beato Crispino da Viterbo, Laico Professo dell'Ordine dei Frati Minori Cappuccini.

II. Intorno alla riassunzione della Causa di Canonizzazione del Beato Giuseppe Benedetto Cottolengo, Canonico della Collegiata del *Corpus Domini* in Torino e Fondatore della Piccola Casa della Provvidenza nella stessa città.

III. Introduzione della Causa di Beatificazione e Canonizzazione del Servo di Dio P. Lorenzo da S. Francesco Saverio, Sacerdote Professo della Congregazione dei Chierici Regolari Scalzi della Santissima Croce e Passione di Nostro Signore Gesù Cristo.

IV. Conferma di culto prestato da tempo immemorabile al Servo di Dio Lorenzo da Villamagna, Sacerdote Professo dell'Ordine dei Frati Minori, detto Beato.

V. Intorno alla revisione degli scritti del Servo di Dio Michele Angelo Longo da Marigliano, Sacerdote Professo dell'Ordine dei Frati Minori.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre si è degnato di nominare:

12 dicembre 1922. Monsig. Ermenegildo Luca Pasetto, Vesc. tit. di Gerra, i Rev.mi P. Eusebio Esteban, O. E. S. A., P. Giuseppe Lemius degli Oblati di Maria Immacolata, P. Giovanni Battista Tommasi, dei Preti delle Ss. Stimmate di N. S. G. C., *Consultori della Sacra Congregazione dei Religiosi.*

17 » » L'E.mo Sig. Card. Augusto Silj, *Protettore della Lega Eucaristica per la pace sociale mediante il ritorno dell'umanità a Gesù Cristo.*

1 febbraio 1923. L'E.mo Sig. Card. Giovanni Bonzano, *Protettore delle Religiose del Ss.mo Sacramento di Valenza (Francia).*

» » » Monsig. Domenico Spada, *Cancelliere dei Brevi Apostolici.*

» » » Monsig. Michelangelo Bovieri, *Consultore delle Sacre Congregazioni dei Religiosi e degli Affari Ecclesiastici Straordinari.*

5 » » Monsig. Francesco Marchetti-Selvaggiani, Arcivescovo tit. di Seleucia d'Isauria, *Presidente dell'Opera Pontificia per la Propagazione della Fede.*

» » » Il Rev.mo P. Giovanni Genocchi, dei Missionari del Sacro Cuore, *Visitatore Apostolico delle diocesi rutene di Leopoli, Stanislaov e Premislia.*

6 » » L'E.mo Sig Card. Francesco Ehrle, *Membro della Sacra Congregazione dei Riti.*

» » » Gli E.mi Signori Cardinali Ludovico Billot e Francesco Ehrle, *Membri della Commissione Pontificia per gli Studi biblici.*

» » » Il Rev.mo Sac. dott. Rodolfo Hindringer, *Uditore della Sacra Romana Rota.*

» » » Il Rev.mo P. Carlo Catlin, della Congregazione dello Spirito Santo, *Consultore della Sacra Congregazione di Propaganda Fide.*

» » » Il Rev.mo P. Pietro Krämer, dei Ministri degli Infermi, *Consultore della Sacra Congregazione dei Religiosi.*

9 » » Monsig. Francesco Marchetti-Selvaggiani, Arcivescovo tit. di Seleucia d'Isauria, *Consultore della Suprema Sacra Congregazione del S. Offizio.*

9 febbraio 1923. I Rev.mi PP. Benedetto Ojetti S. I. e Michele Mostaza S. I., *Consultori della Sacra Congregazione dei Sacramenti.*

21 » » Il Rev.mo P. Giuseppe Haegy, della Congregazione dello Spirito Santo, *Consultore della Commissione Pontificia per l'interpretazione del Codice.*

22 » » L'E.mo Sig. Card. Giovanni Bonzano, *Protettore dei Preti delle Sacre Stimmate di N. S. G. C.*

27 » » L'E.mo Sig. Card. Ludovico Billot, *Protettore della Congregazione di Santa Marta, di Périgueux.*

Con Brevi Apostolici il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato nominare:

Assistenti al Soglio Pontificio:

30 gennaio 1923. Monsig. Giacomo Sinibaldi, Vescovo titolare di Tiberiade, Segretario della S. Congregazione dei Seminari e delle Università degli Studi.

9 febbraio » Monsig. Bonaventura Jeglić, Vescovo di Lubiana.

18 » » Monsig. Giovanni Mac Nicholas, Vescovo di Duluth.

Protonotarii Apostolici ad instar participantium:

3 febbraio 1923. Monsig. Giovanni Ghezzi, dell'archidiocesi di Milano.

» » » Monsig. Michelangelo Bovieri (Roma).

10 » » Monsig. Alessandro Ernszt, dell'archidiocesi di Strigonia.

Prelati Domestici di S. S.:

14 dicembre 1922. Monsig. Alessio Crosnier, della diocesi di Angers.

19 gennaio 1923. Monsig. Ernesto Luigi Di Manno, della diocesi di Terracina.

23 » » Monsig. Francesco Polese, della diocesi di Livorno.

27 » » Monsig. Giuseppe Laplana Matheo, della diocesi di Barbastro.

29 » » Monsig. Vincenzo Gagliardi, della diocesi dei Marsi.

» » » Monsig. Silvio De Angelis, della diocesi di Frascati.

» » » Monsig. Giuseppe Rago, dell'archidiocesi di Bari.

» » » Monsig Gaetano Abatescianni, della medesima archidiocesi.

2 febbraio » Monsig. Enrico Sarzano, della diocesi di Novara.

» » » Monsig. Giuseppe Gallenzi, della medesima diocesi.

3 » » Monsig. Carlo Pellegrini, dell'archidiocesi di Milano.

» » » Monsig. Giuseppe Cammarota (Roma).

16 » » Monsig. Giorgio Guglielmo Ritchie, dell'archidiocesi di Glasgow.

ONORIFICENZE

Con Brevi Apostolici il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di conferire le seguenti onorificenze:

La Gran Croce dell'Ordine Piano:

17 febbraio 1923. Al sig. Giovanni Duca. Ministro degli Affari Esteri in Romania.

La Commenda con Placca dell'Ordine Piano:

17 febbraio 1923. Al sig. Leonardo Wood, Governatore generale delle Isole Filippine.

Il Cavalierato dell'Ordine Piano:

19 febbraio 1923. Al sig. Giuseppe Mathis.

La Commenda con Placca dell'Ordine di San Gregorio Magno, classe civile:

30 gennaio 1923. A S. E. Mahmoud Fakhry, Pachà (Egitto)
31 » » Al sig. dott. Pietro Neri (Roma).
10 febbraio » Al sig. Luigi Petacci (Roma).

La Commenda con Placca dell'Ordine di San Gregorio Magno, classe militare:

17 febbraio 1923. Al sig. colonnello Nicola Condiescou, aiutante di campo di S. A. R. il Principe Ereditario di Rumania.

La Commenda dell'Ordine di San Gregorio Magno, classe civile:

13 gennaio 1923. Al sig. avv. Annibale Rossi, dell'archidiocesi di Bologna.
29 » » Al sig. cav. Giuseppe Pasqualini, dell'archidiocesi di Fermo.
» » » Al sig. dott. Giuseppe Peixoto Fortuna, dell'archidiocesi di Rio Ianeiro.
7 febbraio » Al sig. Giuseppe Fadin, dell'archidiocesi di Milano.
9 » » Al sig. Eugenio Guidi (Roma).
» » » Al sig. Antonio Vieira Pinto, del patriarcato di Lisbona.
10 » » Al sig. cav. Augusto Ermanno Lindner, della diocesi di Harlem.
15 » » Al sig. cav. Gustavo Savignoni (Roma).
21 » » Al sig. conte Alessio Conestabile della Staffa, dell'archidiocesi di Perugia.
22 » » Al sig. cav. Edoardo Marietti, dell'archidiocesi di Torino.

Il Cavalierato dell'Ordine di San Gregorio Magno, classe civile:

5 dicembre 1922. Al sig. Leonardo Giovanni Martino Krul, della diocesi di Harlem.
23 gennaio 1923. Al sig. Giovanni Davaine, della diocesi di Cambrai.
» » » Al sig. Ettore Devaux, della medesima diocesi.
25 » » Al sig. Maurizio Nicolle Malpas, dell'archidiocesi di Parigi.
» » » Al sig. Giorgio Muscadel de Massue, della medesima archidiocesi.
» » » Al sig. avv. Edmondo Hugues, della diocesi di Gap.
29 » » Al sig. Enrico Machaca, dell'archidiocesi di Beyrouth.
» » » Al sig. Rizcallah Arcache, Bey, della medesima archidiocesi.
31 » » Al sig. Stefano Vitoldo, dell'archidiocesi di Leopoli.
5 febbraio » Al sig. Giovanni T. King, della diocesi di Hartford.
» » » Al sig. Giacomo I. Hoey, dell'archidiocesi di Nuova York.
» » » Al sig. Edoardo M. Fierney.
15 » » Al sig. Antonio Panzieri (Roma).
19 » » Al sig. dott. Carmelo Berardelli, dell'archidiocesi di Napoli.

La Commenda dell'Ordine di San Silvestro Papa:

3 febbraio 1923. Al sig. cav. Amilcare Mulassano, dell'archidiocesi di Torino.
15 » » Al sig. prof. Biagio Biagetti (Roma).
16 » » Al sig. Andrea Marri, della diocesi di Chiusi e Pienza.
19 » » Al sig. Valeriano Groffier.
» » » Al sig. Costantino D. Costesco, Sotto Ispettore Generale di Polizia a Bucarest.
20 » » Al sig. dott. Domenico Severi, dell'archidiocesi di Modena.

Il Cavalierato dell'Ordine di San Silvestro Papa:

30 gennaio 1923. Al sig. Giuseppe Buhagiar (Porto Said).
31 » » Al sig. Ianchim Dajanu, Addetto alla Lega ione di Romania presso la S. Sede.
1 febbraio » Al sig. Giovanni Guasta, dell'archidiocesi di Torino.
» » » Al sig. Guido Maffiotti, della medesima archidiocesi.
20 » » Al sig. dott. Giovanni Battista Rossi Veratti, dell'archidiocesi di Modena.

MAGGIORDOMATO DI SUA SANTITÀ

NOMINE

Con Biglietti di S. E. R.ma Monsignor Maggiordomo, il Santo Padre si è degnato di nominare:

Camerieri Segreti soprannumerari di S. S.:

18 febbraio 1922. Monsig. Emilio Porretti, della diocesi di Lugano.
» » » Monsig Candido Petrini, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Giovanni Marcoli, della medesima diocesi.
31 gennaio 1923. Monsig. Filippo Franceschini (Roma).
» » » Monsig. Ferdinando Roveda, dell'archidiocesi di Milano.
3 febbraio » Monsig. Ludovico Czingraber, della diocesi di Giavarino.
» » Monsig. Giovanni A. Bossányi, della medesima diocesi.
» » Monsig. Adalberto Z. Berky, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Carlo Vincenzo Seedoch, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Edoardo Šittler, dell'archidiocesi di Praga.
» » » Monsig. Venceslao Müller, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Giuseppe Kebrle, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Antonio Hoffmann, della medesima archidiocesi
» » » Monsig. Luigi Soldát, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Domenico Brázda, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Venceslao Kotrch, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Venceslao Čubr, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Giuseppe Pomrhonc, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Emanuele Hrdlička, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Venceslao Davídek, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Otocaro Vošahlik, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Leopoldo Schopf, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Adolfo Bich, della medesima archidiocesi.
5 » » Monsig. Carlo Margotti (Roma).
» » » Monsig. Gregorio Gojanović, della diocesi di Sebenico.
» » » Monsig. Vincenzo Karadjole, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Giovanni Mirić, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Gregorio Tambăca, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Tobia Silvestri, della diocesi di Sulmona.
» » » Monsig. Basilio De Sanctis (Roma).
» » » Monsig. Giorgio Safar, della diocesi di Mossul.
» » » Monsig. Efrem Haddad, della medesima diocesi.
7 » » Monsig. Carlo Calderone, della diocesi di Acqui.

7 febbraio 1923. Monsig. Vincenzo Valentini, dell'archidiocesi di Urbino.
» » » Monsig. Federico Belletti, della medesima archidiocesi.
8 » » Monsig. Salvatore Pandolfi, della diocesi di Castellamare di Stabia.
16 » » Monsig. Giuseppe Zaus, dell'archidiocesi di Praga.
17 » » Monsig Eugenio Zeman, della diocesi di Rosnavia.
» » » Monsig. Giulio Privitzky, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Adalberto Cservenka, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Roberto Pobozsny, della medesima diocesi.
20 » » Monsig. Giovanni M. Vandier, dell'archidiocesi di Lione.
» » » Monsig. Anselmo Broche, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Gilberto Jarroson, della medesima archidiocesi.

Camerieri Segreti di Spada e Cappa soprannumerari di S. S.:

16 gennaio 1923. Il sig. conte Pio Ranuzzi de' Bianchi, dell'archidiocesi di Bologna.
» » » Il sig. marchese Franchino Rusconi, della medesima archidiocesi.
23 » » Il sig. conte Leone Szeptycki, dell'archidiocesi di Leopoli.
25 » » Il sig. cav. Carlo E. Frank de Taberne de Miramont, dell'archidiocesi di Malines.
» » » Il sig. Enrico Esders, della medesima archidiocesi.
7 febbraio » Il sig. conte Paolo de Molinier, della diocesi di Perpignano.
10 » » Il sig. conte Ettore Cagninacci, della diocesi di Ajaccio.
17 » » Il sig. barone Ruggero Bruslé de Valsuzenay, della diocesi di Châlons.
» » » Il sig. conte Paolo Charpentier, della diocesi di Orléans.
» » » Il sig. conte Pablo Mimbela.

Camerieri d'onore in abito paonazzo di S. S.:

31 gennaio 1923. Monsig. Alvaro O' Naranjo, della diocesi di Antioquia e Jericó.
3 febbraio » Monsig. Ladislao Saly, della diocesi di Giavarino.
5 » » Monsig. Giovanni Bjažić, della diocesi di Sebenico.
» » » Monsig. Antonio Săre, della medesima diocesi.
16 » » Monsig. Fulvio Antonelli (Roma).
» » » Monsig. Oreste Negri (Roma).
» » » Monsig. Angelo Perugini (Roma).

Camerieri d'onore di Spada e Cappa soprannumerari di S. S.:

29 gennaio 1923. Il sig. Giacinto Quinto, della diocesi di Ascoli e Cerignola.
7 febbraio » Il sig. Camillo Antonini (Roma).

7 febbraio 1923. Il sig. Adriano Rodet, dell'archidiocesi di Lione.
17 » » Il sig. Max Prudhomme d'Epinal, della diocesi di Saint-Dié.
20 » » Il sig. Luigi Giuseppe Rivet, dell'archidiocesi di Ottawa.

Cappellani Segreti d'onore di S. S.:

25 gennaio 1923. Monsig. Vincenzo Briscese, della diocesi di Venosa
» » » Monsig. Luigi Ferrara, della medesima diocesi.

Cappellani d'onore extra Urbem *di S. S.:*

3 febbraio 1923. Monsig. Eugenio Dodek, della diocesi di Giavarino
6 » » Monsig. Quinto Cantono, della diocesi di Biella.

NECROLOGIO

20 gennaio 1923. Monsig. Giulio Andrea Brault, Vescovo di Jaffna.
31 » » Monsig. Giuseppe Lopez Mendoza y Garcia, Vescovo di Pamplona e Tudela.
4 febbraio » L'E.mo Sig. Card. Giuseppe Prisco, del titolo di S. Sisto, Arcivescovo di Napoli.
14 » » L'E.mo Sig. Card. Bartolomeo Bacilieri, del titolo di S. Bartolomeo all'Isola, Vescovo di Verona.
17 » » Monsig. Pietro Maria Lalouyer, Vescovo tit. di Rafanea. Vicario Apostolico della Manciuria sett.
18 » » Monsig. Leopoldo 'Arpad Várady, Arcivescovo di Colocza e Bácsa.